quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítti júbeas deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:	Whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:
COMMUNION Matthew 16: 18 Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.	Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church.
POSTCOMMUNIONS Refectióne sancta enutrítam gubérna, quæsumus Dómine, tuam placátus Ecclésiam: ut poténti moderatióne dirécta, et increménta libertátis accípiat et in religiónis integritáte persístat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.	O Lord, we beseech Thee, graciously govern Thy Church, which Thou hast fed with a holy meal; so that, directed by a mighty wisdom, she may progress in liberty, and persist in the integrity of faith. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.
(Commemoration of St. Urban I)	
Multíplica, quæsumus, Dómine, in Ecclesia tua spíritum grátiæ, quem dedísti: ut beáti Urbáni Martyris tui atque Summi Pontíficis deprecatióne nec pastóri oboediéntia gregis nec gregi desit cura pastóris. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.	Increase within Thy Church, we beseech Thee, O Lord, the gift of grace Thou hast given her, and through the prayers of blessed Urban, Thy Martyr and Supreme Pontiff, may the flock never fail in obedience to the shepherd nor the shepherd in the faithful care of his flock. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

TRADITIONAL LATIN MASS

MASS PROPER: MAY 25, ST. GREGORY VII, POPE

MASS *Si díligis Me* (white)

INTROIT John 21: 15-17 Si díligis me, Simon Petre, pasce agnos meos, pasce oves meas. (Ps. 29: 1) Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me, nec delectásti inimícos meos super me. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Si díligis Me, Simon Petre, pasce agnos meos, pasce oves meas.	Simon Peter, if thou lovest Me, feed My lambs, feed My sheep. (Ps. 29: 1) I will extol Thee, O Lord, for Thou hast upheld me: and hast not made my enemies to rejoice over me. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Simon Peter, if thou lovest Me, feed My lambs, feed My sheep.
COLLECTS Deus, in te sperántium fortitúdo, qui beátum Gregórium Confessórem tuum atque Pontíficem, pro tuénda Ecclésiæ libertáte, virtúte constántiæ roborásti: da nobis, ejus exémplo et intercessióne, ómnia adversántia fórtiter superáre. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.	O God, the strength of them that trust in Thee, Who didst fortify blessed Gregory, Thy Confessor and Pontiff, with the virtue of constancy, for the defense of the liberty of the Church, grant us by his example and intercession courageously to overcome all adversities. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.
(Commemoration of St. Urban I)	
Deus, qui Ecclésiam tuam, in apostólicæ petræ soliditáte fundátam, ab infernárum éruis terróre portárum: præsta, quæsumus; ut, intercedénte beáto Urbáno Mártyre tuo atque Summo Pontífice, in tua veritáte persístens, contínua securitáte muniátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.	O God, Who firmly established Thy Church upon the rock of the apostle and delivered her from the dreadful powers of hell, grant, we beseech Thee, that through the intercession of blessed Urban, Thy Martyr and Supreme Pontiff, she may remain faithful to Thy truth so as to be always safe under Thy protection. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.
EPISTLE 1 Peter 5: 1-4, 10-11 Caríssimi: Senióres, qui in vobis sunt, óbsecro consénior et testis Christi	Dearly beloved, The ancients therefore that are among you, I

passiónum, qui et ejus, quæ in futúro revelánda est, glóriæ communicátor: páscite qui in vobis est gregem Dei, providéntes non coácte, sed spontánee secúndum Deum, neque turpis lucri grátia, sed voluntárie; neque ut dominántes in cleris, sed forma facti gregis ex ánimo. Et, cum apparúerit princeps pastórum, percipiétis immarcescíbilem glóriæ corónam. Deus autem omnis grátiæ, qui vocávit nos in ætérnam suam glóriam in Christo Iesu, módicum passos ipse perfíciet, confirmábit solidabítque. Ipsi glória et impérium in saecula sæculórum. Amen.

GRADUAL Psalms 106: 32, 31
Exáltent eum in ecclésia plebis: et in cáthedra seniórum laudent eum. Confiteántur Dómino misericórdiae ejus, et mirabília ejus filiis hóminum.

LESSER ALLELUIA Matthew 16: 18
Allelúja, allelúja. Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam. Allelúja.

GOSPEL Matthew 16: 13-19
In illo témpore: Venit Jesus in partes Cæsaréæ Philíppi, et interrogábat discípulos suos, dicens: Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis? At illi dixérunt: Álii Joánnem Baptístam, álii autem Elíam, álii vero Jeremíam aut unum ex prophétis. Dicit illis Jesus: Vos autem quem me esse dícitis? Respóndens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus, Fílius Dei vivi. Respóndens autem Jesus, dixit ei: Beátus es, Simon Bar Jona: quia caro et sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Et ego dico tibi,

beseech, who am myself also an ancient, and a witness of the sufferings of Christ: as also a partaker of that glory which is to be revealed in time to come: feed the flock of God which is among you, taking care of it, not by constraint, but willingly, according to God: not for filthy lucre's sake, but voluntarily: neither as lording it over the clergy, but being made a pattern of the flock from the heart. And when the Prince of pastors shall appear, you shall receive a never fading crown of glory. But the God of all grace, Who hath called us into His eternal glory in Christ Jesus, after you have suffered a little, will Himself perfect you, and confirm you, and establish you. To Him be glory and empire for ever and ever. Amen.

Let them exalt him in the church of the people: and praise him in the chair of the ancients. Let the mercies of the Lord give glory to Him: and His wonderful works to the children of men.

Alleluia, alleluia. Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church. Alleluia.

At that time: Jesus came into the quarters of Cesarea Philippi: and he asked his disciples, saying: Whom do men say that the Son of man is? But they said: Some John the Baptist, and other some Elias, and others Jeremias, or one of the prophets. Jesus saith to them: But whom do you say that I am? Simon Peter answered and said: Thou art Christ, the Son of the living God. And Jesus answering, said to him: Blessed art thou, Simon Bar-Jona: because flesh and blood hath not revealed it to thee, but my

quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam, et portæ ínferi non prævalébunt advérsus eam. Et tibi dabo claves regni cælórum. Et quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in cælis: et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in cælis.

OFFERTORY Jeremiah 1: 9-10
Ecce, dedi verba mea in ore tuo: ecce, constítui te super gentes et super regna, ut evéllas et déstruas, et ædífices et plantes.

SECRETS
Oblátis munéribus, quæsumus, Dómine, Ecclésiam tuam benígnus illúmina: ut, et gregis tui profíciat ubique succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

(Commemoration of St. Urban I)

Múnera, quæ tibi, Dómine, lætántes offérimus, súscipe benígnus, et præsta: ut, intercedénte beáto Urbáno, Ecclésia tua et fídei integritáte lætétur, et témporum tranquillitáte semper exsúltet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMON PREFACE
Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérnæ Deus: per Christum Dóminum nostrum. Per

Father who is in heaven. And I say to thee: That thou art Peter; and upon this rock I will build my church, and the gates of hell shall not prevail against it. And I will give to thee the keys of the kingdom of heaven. And whatsoever thou shalt bind upon earth, it shall be bound also in heaven: and whatsoever thou shalt loose upon earth, it shall be loosed also in heaven.

Behold I have given My words in thy mouth: lo, I have set thee over the nations, and over kingdoms, to root up, and to pull down, and to build, and to plant.

By the offered gifts we beg Thee, O Lord: enlighten kindly Thy Church: so that Thy flock everywhere may be increasing, and the Shepherds, under Thy direction, may be pleasing to Thy Name. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Receive, O Lord, in Thy loving kindness the joyful offering of our gifts, and through the intercession of blessed Urban grant that Thy Church may enjoy integrity of faith and always rejoice in the tranquility of peaceful times. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God, through Christ our Lord. Through